mea habeo. ideo tu aberis faciem tuam auerte, et omnes iniquitates meas
dele. id est quia ego te audeo tu noluisti deserere. uel animam meam. Cor mundum
(innoua) crea in me deus. Creare dicitur quando res nouas et necdum factas con
dit. Sed dauid prius cor mundum habuit. Nam de eo dominus ait.
inueni dauid filium iesse uirum secundum cor meum qui faciat omnes
uoluntates meas. Crea ergo dicit id est innoua. in me spiritum prophetię qui in me
inueteratus fuit dum peccarem. Spiritum rectum id est spiritum prophetię.
innoua in uisceribus meis. uel in mente mea. Quidam hoc loco misterium sanctę trinita
tis hoc modo intellegunt. Spiritum principalem dicentes dominum patrem.
Spiritum sanctum accipientes christum. Spiritum uero rectum. tertiam trinitatis
personam intellegentes. et ualet hic locus contra arianos qui faciebant
gradus in sancta trinitate. Patrem maiorem. Filium minorem. Spiritum sanctum mini
mum accipientes uel asserentes. Quorum illorum demencia hic liquido confutatur.
Nam spiritum principalem in quo deus pater designatur. hic ultimo loco po
suit. et spiritum rectum tertiam trinitatis personam primo. Ne proicias me a facie
tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Quem non ex toto amiserat. ideo dicit
ne auferas. Neque enim auferri potest id quod non habetur. Iam ergo dauid
spiritum sanctum habebat quando poenitere incipiebat. Sine illo enim nequaquam
aliquis delictum suum. ualet intellegere uel poenitere uelle. Redde
mihi letitiam salutaris tui. ut iterum habeam letitiam de aduentu filii
tui quam prius habebam quam peccarem. et spiritu principali confirma
me. id est spiritu dei patris. Docebo iniquos uias tuas. Cum redieris mihi le
titiam. docebo peccatores precepta tua. et impii ad te conuertentur id est dum igno
rantes mea predicatione meo exemplo. Quis enim desperatus ita obstinato et
obdurato corde esse potest qui uidens. dauid ex tanto flagicio indulgentiam pro
meruisse. Insuper et regnum et prophetię donum recepisse non animetur. tali
itaque modo beatus dauid non solum penitentiam egit. Due quippe sunt spe
sed etiam alios agere docuit.